



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

pignor. & in l. fina. C. de iure domi. in petra. tex. & ibi glo. in l. creditor hypothecas. C. de distractio. pigno. De iure regio est text. in d. l. 11. & 42. supra allegatis.

Hanc regulam ponit notab. Anto. de Fano in tracta. de pignori. in 7. memb. 6. par. nu. 1. vbi vsque ad nu. 15. eam declarat. & a nu. 15. vsque ad nu. 33. ampliat x. modis, & limitat totidem modis.

REGVLA CLXVII.

CREDITORI datur retentio pignoris, si non est satisfactus a debitore pro vtroque debito, scilicet hypothecario & chirographario. Hanc regulam probat text. in l. vnica. C. ob chirographa. p. cuni. pignus reitine. pos. & ibi Docto. Et regia. l. 22. titu. 13. par. 5.

Hanc regulam amplia 9. modis, & limita 4. modis, vt per Anto. Negusantium in tracta. de pigno. in 3. memb. 5. partis. nu. 46. vsque ad nu. 51.

REGVLA CLXVIII.

CREDITOR prior prefertur posteriori. Hanc regulam probat text. in l. qui balneum, & in l. potior. ff. qui potio. in pigno. habent. & in l. quoties vtriusque. ff. de regu. iur. qui prior. de regul. iur. lib. 6. & ibi Din. Regia. l. 5. & l. 17. tit. 20. lib. 3. fori. & l. 27. & 29. tit. 13. parti. 5. Circa quam regulam vide Catelli. Cottam in Memora. iuris. in verbo, creditor. el 7. C. cepo. in cautela 124. vbi eam aliquibus modis.

Hanc regulam amplia tredecim modis, & limita viginti quinque modis, vt per Fran. de Ripa. in l. priuilegia. a num. 3. vsque ad num. 50. ff. de priuile. credito. Eandem reg. vbi eam ampliat 20. modis, atque etiam limitat totidem modis, ponit Anto. Negusantius in tracta. de pign. in 2. memb. 5. par. a nu. 1. vsque ad nu. 31. Eandem regulam, vbi eam ampliat 21. modis, & limitat 25. modis, & notabiliter tract. materiam. & 13. effectus quos operatur prioritas temporis, ponit Chassa. in Catalo. glorię mudi. in 12. par. conside. 99. per totam.

REGVLA CLXIX.

CREDITOR vendens pignus non tenetur de euisione. Hanc regulam probat text. & ibi glo. & Bar. in l. periculum. ff. de pignori. & in l. j. & ij. C. credito. euisio. pig non debe.

1. Amplia primo, non solum habere locum in creditore priuato, verum etiam in fisco, quia in hoc fiscus vtitur iure priuati. vt in l. j. C. credito. euisio. pigno. non debe.

2. Amplia secundo, non solum si creditor vendat pignus consistens in corpore, sed etiam si vendat nomen creditoris hypothecatum. Vt est text. in d. l. periculum.

Limita